tata necnon de ipsa pœna Banitionis perpetua eadem in Causa obtenta et publicata atq approbata, eiusq publicatione et approbatione, totoq antecedenti et Subsequenti processu ratione Suprascriptæ Summæ perducto et obtento, et in quovis puncto et gradu Iuris dependente latius præmissa in se continente et obloquente, omnibusq et Singulis prætensionibus ad diem hodiernam intervenientibus, ob præstitam plenariam et Sufficientem sibi Recognoscenti Satisfactionem Summæ Suprascriptæ quæ et quanta a Geodem Generoso Gumowski Tribuno Terræ Zydaczoviensis sibi Recognoscenti ad Soluendum provenirent realem et effectiuam persolutionem Quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolutum facit et perpetuo pronuntiat. Causam eandem et actionem Iudiciariam, tum et pœnam Banitionis perpetuæ cum eius publicatione et approbatione, totumq antecedentem et Subsequentem processum, ac deniq prætensiones quasuis et in genere omnes ad diem hodiernam intervenientes in toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat sibi Suisq posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo Silentium.

Ilnicki Ilnickiey Debet

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Nobilis Stanislaus Ilnicki Iavorzowicz Nobilis olim Ilvehorii Iavorzowicz filius Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusuis propriis et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit.

Quia ipse

Quia ipse Nobili Annæ Nobilis ac Devoti Basilÿ Jaworski Suszerowicz cum Nobili Helena Jaworska Consorte eius legitima procreatæ filiæ Nobilis Vero Fedio Ilnicki Jaroszowicz Sui Recognoscentis filiÿ Consorti legitimæ et ipsius Successoribus Summam Centum Florenorum Polonicalium moneta et numeri in Regno currentis, quemlibet Florenum grossis triginta Polonicalibus computando et numerando, Certi, Veri, iusti, et liquidi debiti, mutuatæq; apud ipsum per se Recognoscentem pecuniæ tenetur atq; Debet: Quam quidem summam supraseriptam Centum Florenorum Polonicalium is idem supraseriptus Recognoscens Nobilis Stanislaus Ilnicki Jaroszowicz Se ac suos Successores inet super bonis suis generaliter omnibus hæreditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus summisq; pecuniariis quibuscunq; habitis et habendis, supraseriptæ Nobili Annæ Ilnicka Creditrici suæ eiusq; posteris, hinc et a bac die præsenti pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime Venturo incidens realiter et in effectu solutorum et coram officio Actisq; præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus repositurum et relicturum, repositamq; et relictam rursus ab eodem officio non efficientem, nec arestaturum, Vel quovis alio modo solutionem summæ eiusdem præpeditionem et impugnaturum inscribit et obligat præsentibus. Idq; sub Vadio simili summæ Centum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem suæ eius posteros supranominatæ Creditrici suæ eiusq; Successoribus, ob non solutionem summæ supraseriptæ pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum succumbito ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda Citatus existens memoratus Regnens

306

Nobilis Stanislaus Ilnicki Jaroszowicz sive eius successores ad Instantiam praefatae Nobilis Annae Ilnicka Jaroszowiczowa sive eius successorum # ex hinc vel Cassu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Vadium praefatum iuxta Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate proximiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Iudicatorum, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo nec praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Jaworski Jaworskiemu.

950

Adscribit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Jacko Jaworski sanus mente et corpore existens a Terris Di

ad Officium praesens Castrensi Capitaneali Praemysliensi [illegible]